

- 8 Quidam fodiebat puteum brachiorū 34. pro libris 60. cum expensis duarum personarum, cum autem fodisset brachia 20. infirmatus est magister & rogauit Dominum vt solueret ei portionem debitam, quæritur quantum debuit dare. Scias quod expensæ quantum ad computandi rationem non faciunt variationem. nam in talibus proportionantur labori, hæc igitur progressio de 34. est 595. & de 20. est 210. dic igitur si 595. soluitur 60. libris, quot soluitur 210. multiplica 210. per 60. fuit 12600. diuide per 595. exeunt. Libræ 21. solidi 3. nummi $6\frac{2}{11}$. & tantum debetur & ratio est quod in fodiendo tertiam secundum brachium habet laborem etiam primi, & tertium etiam duorum precedentium, quare &c.
- 9 Quidam promisit vni, granum frumenti prima die & secunda die grana 2. & tertia die grana 6. & quarta die grana 18. & quinta die grana 54. & ita vsque ad dies 30. duplendo totum quod prius habuit, quæritur quot grana erunt, accipe summam aliquam quamuis vtpote 4. dierum & est 27. duc eam in se fiunt 729. & tot habebit grana in diebus 7 quod est in duplo 4. minus vno, deinde duc 729. summam 7. dierum in se fiunt 531441. & hæc erit summa 13. dierum idest dupli 7. dierum, minus vno, & ita procedes in reliquis: cum autem fueris ad 25. tunc capies reliquos terminos qui sunt quinque & quare augmentum in terminis 6. videlicet vno plus & sunt 243. multiplica in aggregatum 25. terminorum qui erat quadratum 531441. hoc est 282429536481. & productum erit numerus 30. dierum hic, 68630377364883. potest etiam fieri per regulam capituli 27. in qua docetur inueniri terminus maximus in proportione tripla habito numero terminorum qui est 30.
- 10 Dixit ædificator Domino domus volo pro primo brachio muri solidos 10. per secundo brachio solidos 20. pro tertio 40. pro quarto 80. pro quinto 160. quid accedit cum ædificasset brachia 2. infirmatus est quæritur pretium: hæc plurimum differt ab octaua & est difficilior longè ea. Ratio in hac est quod ex æquali augmento crescit proportionaliter in duplo, igitur partes etiam debent esse continuæ proportionales sicut igitur 20. pretium secundæ brachij, est duplum ad 10. pretium primi ita dimidium secundum brachij primi debet habere dimidium proportionis duplæ ad dimidium primum brachij primi & ita eandem proportionem debet habere dimidium primum brachij secundi ad dimidium secundum brachij primi & ita de reliquis, proportio autem dimidia duplæ est illè quam habet 8. ad 2. & eadem 2. ad 8. & eadem est 8. ad 2. & eadem 4. ad 8. non est igitur aliud dicere hoc quam facere ex vna dupla proportione duas proportiones æquales componentes eam, & ita diuidere 10. & 20. & 40. in duas & duas & duas quantitates continuæ proportionales, dicam igitur fac ex 60. aggregato ex 40. & 20. quatuor, quantitates continuæ proportionales quarum primæ duæ faciunt 20. nam reliquæ duæ necessario faciunt 40. nam omnes supponuntur facere

60. tunc tu scis per dicta in capitulo regula 3. quod cum fuerint 4. quantitates continuæ vel incontinæ proportionales semper ex coniancta proportionalitate & permutata, erit prima pars tertiæ & secunda quartæ, qualis erit aggregatum primæ & secundæ pars aggregati tertiæ & quartæ: sed aggregatum primæ & secundæ est 20. ex supposito, & aggregatum tertiæ & quartæ est 40. ex supposito, & ita primum aggregatum est dimidium secundæ igitur prima quantitas erit dimidium tertiæ & secunda quartæ, ponamus igitur quod prima quantitas sit 1. co. erit secunda 20. m. 1. co. & tertia duplum primæ videlicet 2. co. & quarta duplum secundæ videlicet 40. m. 2. co. & quia sunt continuæ proportionales ex supposito igitur ducta prima in tertiam fiet quadratum secundæ, duco 1. co. 1. co. in 2. co. fit 2. ce. multiplica 20. m. 1. co. 20. m. 1. co. in se fit 400. p. 2. co. 1. ce. m. 40. co. æqua partes 40. m. 2. co. fient 400. æqualia 1. ce. p. 40. co. igitur per capitulum res valet 8. 800. m. 20. & tantum habuit prima pars, & secunda habebit 40. m. 8. 800. & tertia 8. 3200. 8. 800. m. 20. m. 40. & quarta 80. m. 40. m. 8. 800. 8. 3200. cum igitur pro primo brachio debeantur 80. 8. 3200. 10. pro secundo 20. pro tertio 40. igitur pro dimidio debetur tertia pars proportionalis quæ est 8. 3200. m. 40. iunge simul fiunt 8. 3200. m. 10. & est fere $46\frac{76}{125}$. ita considera quod si primo brachio debentur 10. & secundo 20. & tertio 40. igitur primæ medietati primi brachij debentur $4\frac{7}{500}$. & ita de aliis vt in Figura.

Et hæc ratio assimilatur intendentibus balistas nam ex æquali augmento duplicatur difficultas ita vt vltimus digitus maiorem exposcat laborem omnibus præcedentibus.

Canis sequebatur leporem: lepus autem antecedebat canem, passibus 60. canis, & pro omnibus 3. passibus canis, lepus faciebat 5. passus, tardams $\frac{1}{5}$ temporis ad complementum, ita quod gratia exempli si canis faciebat passus 3. in 20. momentis, lepus faciebat passus 5. ex suis, in 21. momentis: & 3. passus canis excedunt à 7. passibus leporis in $\frac{1}{5}$ passus canis: quæritur quando canis attinget leporem hoc est in quanto spatio: similem ponit Frater Lucas, sed longe faciliorem, tamen falsam, & deficientem, vnde mirari contingit de homine illo: igitur primo reduces omnia ad vnum genus videlicet passus canis & spatium distantie ad passus leporis si igitur 7. passus leporis excedunt 3. passus canis in $\frac{1}{5}$ passus canis, igitur $3\frac{3}{5}$ passus canis sunt 7. passus leporis si igitur $3\frac{3}{5}$ sunt 7. quid erunt 60. passus canis distantie, & erunt passus leporis 137 $\frac{43}{50}$. &

quia